

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

**Cassis Ultima Deplentia Chirurgica.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

CLASSIS ULTIMA  
D E P L E N T I A  
C H I R U R G I C A.

**E**tiam alia sunt ad deplendum seu evacuandum constituta chirurgica, alia medica auxilia; priora hic recensenda, maxime hirudinum suctione, phlebotome, scarificatione, fonticulis, fetaceis, vesicantibus, quibus tam abdominis quam thoracis paracenthesim, cranii perforationem addere posses, complentur; posteriora iam Tomo II. huius operis dicta sunt.

HIRUDO *Offic.* Syst. Naturæ. Classis Naturalis  
Vermium, ordo intestinorum. *Germ.* Blut-  
Igel. *Gallis* Sangsue. *Anglis* Leech.

HIRUDO *Medicinalis* RAY, hirudo depressa fusca,  
lineis flavis dorsalibus sex, intermediis immaculatis,  
subtus cinerea nigro maculata, *Cl. LINNÆO* definitur,  
ut facile a *Sanguisuga*, quæ marginem lateralem  
flavum gerit, distinguatur. Utriusque iconem nobis  
servavere Acta STOCKH. 1757. N. 4. F. 1. 2. 3. 4.

Medicinalis hirudo princeps hæmorrhoidalium sector  
venarum vermis, plus una vice sese sanguine ingurgi-  
tare valet, & haec quidem, quæ cæteris omnibus vita-  
perio animantibus intemperantia est, huic laudem con-  
ciliat, ut deinde etiam vitia aliquam gloriam conse-  
quantur! & ob ingluviem sanguisugæ modestiori & una  
solum



solum vice sanguine sese obruente, præferatur. Haud tamen reticendum, sanguine semel potum, etiam postridie vacuum, minus saepe gulosum deprehendi, & segnius venam, quam iterato respuit, pertundere, & lentius, quasi prioris culpæ conscientum animal, inebriari: sive vero vel de hac, vel alia de causa torpidus & deses sit vermis, est vero saepe de laxi, stimulari in obsequium & crapulam potest, etiam absterione partis, lactis, sanguinis illitu allici: iamque parti cui applicatur insistere, radicari firius, & longo gurgite sanguinem bibere parasiticus incipit, quo satur, sese saepe a loco ipse dimittit, saepe tamen adhuc pertinacius adhaerescit: at tum divelli non debet, est enim in hac re periculum, sed sale, cinere, aut alio pulvere acri conspergi, sic enim facile abscedit. Est etiam ubi largiori depletione opus sit, tumque huic cauda absconditur, & iam pleno rivo per vulnus, suctus sanguis profluit, nec tamen aut ideo cito animal moritur, aut a partis complexu remittit; tantusne est amor potus? quasi discissi corporis interitum diluere hacce voluptate aut vellet aut posset animal!

Vulnus a verme illatum triquetrum, saepe diu adhuc sanguinem stillat, etiam post duodecim horas, & meticulosis timorem incutere posset, ob id deligandum, ut venarum sectiones solent, dum prius, aut aceto, aut vino, aut spiritu vini ablutum fuit.

USUS CHIRURGICUS ab omni tempore ad venas hæmorrhoidales deplendas multus & utilis, quod ab ipso loco affecto, sanguis evocetur *Cl. QUESNAY Traité de la saignée*, etiam morbis oculorum adhibitus, hirudinibus oculorum exteriori angulo appositis, *Cl. PRINGEL* angulo interiori carunculæ, *JAMES Dift.*  
*Uni.*



*Univers.* Gingivis, linguæ inferiori parti, genis in dolore dentium; in tumore pedum oedematoso, plantis pedum, in podagra cum tumore aquoso vehementer inflammatu sub malleolo, & pedum digito maximo;

*Cl. GISLER Act. Reg. Suec. T. XX. a Cl. KAESTNERO edit.* etiam in dolore crurum a diuturna febre relicto, tentatis incassum aquis mineralibus, remedis aliis, immo electricitate, *IBDEM.* Sunt qui etiam erysipelati, cancro apponant, *IBDEM ibidem.*

Ex proposito instituta Chirurgica operatio, quæ rubrum venosum ut sanguis effluat, fecatur, PHLEBOTOME; quæ aperitur arteriosum, ARTERIOTOME appellatur. Utramque immensa sœpe utilitas, sœpe etiam irreparabile dampnum sequitur, quod cum per omnes casus dicere nimis longum, quibus quæque rebus instituendæ sint, quibus non possint, artis Magistri cum aliis, tum maxime in absoluto de venæ sectione tractatu *Cl. QUESNAY* consuli debent, qui ut quidem de multis casibus pulcherrima memoriae prodidit, ita de graviditate exquisite judicavit, in orbum graviditatem non esse, nec propagationis humanæ speciei securitatem scalpello, aut commendasse, aut concredidisse naturam videri, perraram adeoque occasionem occurrere, qua gravidæ in venam diuiniti scalpellum debeat, cuius judicio & ego accedo, tum quod absque phlebotomo feliciter animalia utero gerant & pariant, & ipsa humana species, ante usum hujus instrumenti haud magis miserande, graviditate defuncta sit.

SCARIFICARI pars corporis dicitur, dum vel simplici scalpello, vel in machina pluribus scalpellis in-

*Crantz M. M. T. III.* N structa

structa cutis conscinditur; Simplici scalpello plerumque Chirurgi utuntur, cum ad profundas illas scarificationes, incisiones vocant, ut partes tensæ, infarctæ in summa inflammatione convulsionem, gangrænam minante, relaxentur, QUESNAV, in ipsa gangræna ut vivarum actio excitetur, OMNES, tum ad eas ad paniculum adiposum usque factas, quas mollis, pellucidus lymphaticus scroti, femorum, crurum, pedum tumor postulat, ut emaciatur, DIONIS *Cours d'Operations.* In ultima vero hac curatione scire juvat, plaga scalpello factas, gangræna sèpe vitiari, LA FAYE dans les notes, ob id vino rutaceo, corticis peruviani decocto vel in initio fœvendas, myrrha, aloë, accensis vaporandas, tum spiritu vini camphorato, unguento de styrace, ubi iam vitium adest, obliniendas.

Scalpellum vel simplex vel compositum superficiariis illis scarificationibus, quibus sanguinem e parte evocare intentio, maxime admovent: is vero abundantius extrahitur, si conscißæ parti, CUCURBITA linamento ardente rarer, aut sine omni flamma, solius inclinulæ pneumaticæ beneficio, quod L. B. van SWIETEN & adhibet & probat, exquisite ita adaptatur, ut recte impresta inhærescat, tum enim multo sanguine impletur; sin minus, novo vel eodem linamento ardens cucurbita, iterum iteruunque applicatur, donec satis factum fuerit. Auxilii hoc genus in locum venæ sectionis multis suffectum, etiam diris morbis a sanguine natis oppositum fuit, ut cephalææ, apoplexiæ, nervorum resolutioni, marcori, & inexpugnabili dormiendi necessitati, concisa occipitii cute, CL. WALTER *Dissert. de scarificat. occipitis;* & ante hunc iam dudum in morbo herculeo occipitium incidere & cucurbitas adinovere, etiam occipitum ferro

can-



candente adurere, ex veterum doctrina jussit C E L S U S,  
& in omni morbo, ubi deobstruens sanguis immediate  
evocari potest, valet cucurbitis excepta scarificatio, Cl.  
QUESNAY.

FONTICULUS, quod quasi ab ipso fonte ma-  
la materies fluere crederetur, dictus, est, vel ferro  
scidente vel caustico ad paniculum adiposum usque  
erosum ulcus, quod piso, globulo quounque alio im-  
misso, vinculo ad id accommodato valentius adstrin-  
gente, coire impeditur. Corporis sedes his opportu-  
næ fonticulis sunt sumnum caput, fontanellam locum  
chirurgi vocant, & hic in desperata cephalalgia eligi-  
tur, PLATNER *Instit. Chirurg.* Opportunior in nu-  
cha sedes est inter alteram, tertiamque colli vertebram,  
maxime lippientibus & ex levissima causa ophthalmia  
laborantibus, PLATNER, quibus fonticulus saepe pro-  
fuit, L. B. van SWIETEN. *Comm. T. I.* Excitatur  
quoque in brachio inter deltoidem & bicipitem, & in  
femore supra genu ad quartum circiter digitum, inter  
musculum vastum & gracilem, tum in crure ad quar-  
tum digitum infra genu, inter musculum soleum &  
gastrocnemium externum, PLATNER, rarius inter  
costas, quod dum tamen factum esset in latere vomi-  
ca affecto sputo cessante, æger servatus est, WILLIS.

SETACEUM nomen a setis traxit, quod olim  
chirurgi pilis ex equorum candis ad id uterentur. Hic  
vero est setaceorum excitandorum modus; vel digitis  
vel forcipe, arrepta cum paniculo adiposo cutis ele-  
vatur, latiore acu, scalpello trajicitur, filum crassius  
intortum, vel linteum vel vitta in vulnere relinquitur,  
quotidie per vulnus ducitur, pure infecta pars abscin-  
ditur, recens etiam digestivo illinitur. Valet in lip-

pitundine, oriente suffusione, etiam amourosi, PLATNER & OMNES OCULARES CHIRURGI, in molestissima cephalalgia, RUY SCHIUS, L. B. van SWIETEN, in stupore post apoplexiā manente, LA MOTTE *Traite complet de Chirurg.* in memoria Iesu ex lapsu, MEDICAL ESSAYS, Vol. V. p. I.

### VESICATORIA dicta p. 122.

PARACENTESIS abdominis, thoracis, scroti, ut & cranii perterebatio, quibus & aqua & sanguis & pus & aliis quilibet humor evocatur, maioris momenti operationes, cautelas requirunt plurimas, & ex propriis fontibus peti debent: consule maxime *H. lustr.* L. B. van SWIETEN commentaria.



### INDEX

# INDEX RERUM.

## A

<b>A</b> brotanum	I. 128
<b>A</b> bsorbentia	II. 130
<b>A</b> bsynthium	I. 129
<b>A</b> cacia Germanica	II. 13
<b>A</b> caciæ veræ succus	II. 40
<b>A</b> cetosa	I. 17
<b>A</b> cetosella	II. 135
<b>A</b> cetum saturni	III. 112
<b>A</b> cetum quid?	ibid. 4
esurinum	— 91
<b>A</b> ceti principia	— 4
Diverfitas	— 5
Vires	— 5
Præparata	— 6
<b>A</b> cidum nitri quod?	II. 103
<b>A</b> cidorum Mineralium species	III. 70
<b>A</b> cidum Vitrioli	ibid. 70
Aluminis	— 71
Sulphuris	— 71
Nitri	— 71
Salis	— 71
<b>A</b> cida venena	— 70
<b>A</b> cipenser	I. 77
<b>A</b> coniti vires	III. 36
<b>A</b> corus palustris	II. 21